Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Legenda Aurea - Cod. Aug. perg. 256

Jacobus <de Voragine>

[S.l.], [14. Jahrh.]

De sancto Iacobo

urn:nbn:de:bsz:31-66161

Visual Library

Iacobus supplantator. **De sancto Jacobo**
Supplantans festinantem. vel preparans.
vel dicitur jacobus a dya quod est deus. et cobar
quod est bonus vel pondus. vel jacobus dicitur quasi
jacop(er). a iaculo et cape. quod est cesio. quasi ce-
sus iaculis. Dictus est ergo supplantator per con-
temptum. Supplantavit enim vicia festinavit
preparans ad omne bonum corpus suum. a male
.n. passiones imitando nob. Sic dicit gregorius
nazanzenus. ex mala habundantia. ex malo
ignorantie. Aut iux-
tas bona consuetudine bona. huius est
ut dicitur pondus diuinum gravitate mo-
rum. Jaculis cesus per martirium. **De nomine**

Iacobus iste apostolus est uocatus est Jacobus
alphei .s. filius. Jacobus frater domini. Jacobus
minor. et Jacobus iustus. Jacobus alphei
dicitur non tamen secundum carnem. sed etiam secundum nominis
interpretationem. Alpheus interpretatur doc-
tus. uel documentum. vel fugitivus uel
millesimus. Dicitur ergo Jacobus alphei quia
fuit doctus per scientie inspirationem docu-
mentum per aliorum eruditionem. fugi-
tivus de mundo per despectionem. et mille-
simus per humilitatis reputationem.
Frater quidem domini dicitur eo quod simil-
limus sibi fuisse perhibetur. adeo ut pleri-
que in eorum specie fallerentur. Vnde cum iudei ad
capiendum christum pergerent. iuda qui christum
a iacobo tamquam familiaris eorum op-
time discernebat signum osculi acce-
perunt. hoc etiam testatur ignatius in
epistola ad Johannem evangelistam sic dicens. si li-
citum est mihi aput te ad io[…] solime per-
ger uolo ascendere […] ut ui-
deam illum venerabilem Jaco[…]bum qui
cognominatur iustus quem referunt ihesu
simillimum facie. vita et modo conversatio-
nis. ac si eiusdem uteri frater esset gemel-
lus. Quem dicunt si uideo uideo et
ihesum secundum omnia corporis liniamenta. Vel
dicitur frater domini quia christus et iacobus sicut a duabus
sororibus descendant. sic a duobus fratribus
.s. a ioseph et cleopha descendisse puta-
bantur. Non .n. dicitur frater domini quia fuit filius
Joseph sponsi marie de alia uxore sicut
aliqui voluerunt dicere. sed quia erat filius
marie cleophe. quam quidem cleophas fu-
it frater ipsius ioseph. licet magister Johannes be-
leth dicat quod alpheus pater iacobi
fuit frater ipsius Joseph sponsi marie.
quod uerum non creditur. Iudei quoque fratres vocabant
qui se exutraque parte sanguinis contin-
gebant. Vel dicitur frater domini propter prerogativam
vel excellentiam sanctitatis ob quam pre ceteris
apostolis ierosolimis est episcopus ordinatus. Dicitur etiam
Jacobus minor ad differentiam Jacobi
zebedei. licet .n. iacobo zebedei nativitate
sit prior fuit tamen uocatione posterior.
Vnde est hec consuetudo in plerisque religioni-
bus obseruatur ut ille qui prior ingreditur
maior uocetur. et ille qui posterior mi-
nor. sic prior existat maior aut sancti-
te dignior. Dicitur Jacobus iustus propter me-
ritum excellentissime sanctitatis. Nam
secundum Jeronimum tante reuerentie et sanctitatis in populo
extitit ut fimbriam vestimenti certa-
tim tangere cuperent. Vnde et de eius sancti-
tate sic scribit egesippus apostolorum uicinus
sicut in historiis ecclesiasticis legitur. Susce-
pit inquid ecclesiam frater domini Jacobus
qui ab hominibus nominatus est iustus.
ab ipsis domini temporibus perdurans usque ad
nos. hic ex utero matris sue fuit sanctus.
vinum et siceram non bibit carnes numquam
manducauit. nouacula caput eius
non ascendit oleo non est unctus. balne-
o non est usus. syndone .i. veste linea
semper indutus. Totiens in oratione
flectebat genua ut callos in genu

bus sicut in ecclesiasticis videtur hystoriis. Propter
inestimabilem et summam iusticiam appellatus
est iustus. et alia quia est inceptatiui muni-
mentum ipsi et iusticia. Hic solus inter
apostolos propter nimiam sanctitatem suam permit-
tebatur intrare in sancta sanctorum ut Egesippus.
Non quidem cum immolationis sed ora-
tionis dicitur etiam quod primus inter apostolos missam
celebravit. Nam propter sue excellenti-
am sanctitatis hunc sibi honorem deferebant
ut post ascensionem domini primus inter eos
missam Jerosolimis celebraret. et ante-
quam esset episcopus ordinatus. Cum autem eius ordi-
nationem in actibus dicatur quod discipuli
erant perseverantes in doctrina apostolorum
et communicatione fractionis panis quod
de misse celebratione accipitur. Vel for-
te ideo primus celebrasse dicitur quia primus in pon-
tificalibus eam dixisse perhibetur. Sic et
petrus postmodum primus in antiochia mis-
sam celebravit et marcus in alexandria. Hic
perpetue virginitatis extitit sicut testa-
tur Jeronimus in libro contra iovinianum. In parasceve autem
mortuo domino sicut dicit Josephus et Jeronimus in libro
de viris illustribus. Jacobus votum vovit
se non comesturum donec videret dominum
a mortuis surrexisse. In ipsa autem die
resurrectionis cum usque ad diem illam
Jacobus non gustasset cibum dominus apparuit
ei et his qui cum eo erant dixit. Ponite men-
sam et panem. Deinde panem accipiens
benedixit et dedit Jacobo iusto dicens.
Surge frater mi comede quia filius hominis a
mortuis resurrexit. Septimo igitur anno
episcopatus eius cum in die pasche apostoli Jerosoli-
mis convenissent interrogavit eos Ia-
cobus quanta per eos fecisset dominus coram populo
referebant. Cum ergo vii. diebus Jacobus et
alii apostoli in templo predicassent coram Cay-
pha et aliquibus iudeis. et iam prope esset

vellet

ut baptizari vellent. repente qui-
dam templum ingrediens clama-
re cepit. O viri Israhelite quid facitis. Cur
ab istis magis vos decipi permittitis.
In tantum autem populum concitavit ut apostolos la-
pidare vellent. Ascendit autem homo ille super
gradus ubi Jacobus predicabat et eum
precipitavit deorsum. et ex tunc plurimum clau-
dicavit. Hoc autem vii. anno post as-
censionem domini beatus Jacobus passus est.
In anno autem episcopatus sui xxx. Viden-
tes autem iudei quod paulum non posset oc-
cidere eo quod cesarem appellasset et ro-
mam missus fuisset. persecutionis sue ty-
rannidem in iacobum converterunt. ergo eum oc-
casionem querentes. et sicut predictus apostolorum
Egesippus contemporaneus refert. sicut etiam quod
in historiis ecclesiasticis invenitur. Iu-
dei ad eum convenerunt dicentes. Ro-
gamus te ut revoces populum. quia ipse errat
in Jhesu. putantes quod ipse christus sit. Deprecamur
ergo te ut suadeas omnibus convenientibus
in die pasche de Jhesu. Tibi enim obtem-
perabimus omnes et de te cum nos quam populus
testimonium feremus quod iustus es et perso-
nam nullius accipis. Statuerunt ergo illum su-
per pinnam templi et voce magna clamantes
dixerunt. Virorum iustissime cui nos
omnes obtemperare debemus. quoniam populus errat
post Jhesum qui crucifixus est enuncia nobis
quid tibi videtur. Tunc Jacobus cum magna
voce respondit. Quid me interrogatis
de filio hominis. Ecce ipse sedet in
celis a dextris summe vir-
tutis venturus iudicare
vivos et mortuos. Hoc audi-
entes christiani valde gavisi sunt et liben-
ter eum audierunt. Pharisei et scribe dix-
erunt. Male fecimus tale testimonium
prestare Jhesu. sed ascendamus et precipitemus

eum deorsum ut eum traherent et ei credere
non persuaserant. Et simul voce magna
exclamaverunt dicentes: o o et iustus
erravit. Ascenderunt ergo et praecipitave-
runt eum. Cum ergo praecipitassent et lapidibus
eum obruebant dicentes: Lapidemus
Jacobum iustum. Qui deiectus non solum
mori non potuit, sed conversus et super
genua procumbens dicebat: Rogo
domine dimitte eis quia nesciunt quid faciunt. Tunc
unus de sacerdotibus de filiis Rechab
exclamavit: Parcite, quid facitis? pro
vobis orat hic iustus quem lapidatis. Tunc
unus ex ipsis perticam fullonis arripiens
valido ictu caput eius impegit et cerebrum
excussit. Haec Egesippus. Taliter martyrio migra-
vit ad dominum sepultusque ibidem prope templum.
Cum autem populus vellet eius mortem vindicare
et malefactores capere ac punire protinus
aufugerunt. Refert Josephus quod propter peccatum mor-
tis iusti Jacobi factum sit excidium Jerusalem et
dispersio Iudaeorum. Non solum ob mortem Jacobi
sed etiam ob mortem domini praecipue haec destruc-
tio facta est secundum quod dominus dicit: Non relin-
quent in te lapidem super lapidem eo quod non
cognovisti tempus visitationis tuae. Sed
quia dominus non vult mortem peccatoris et ut
ipsi excusationem non haberent, per xl annos
poenitentiam eorum expectavit et per apostolos maxime
per Jacobum fratrem domini inter eos continue
praedicantem eos ad poenitentiam revocabat.
Sed cum per admonitionem eos non posset re-
vocare voluit eos saltem prodigiis exter-
rere. Nam in hiis xl annis sibi ad pe-
nitentiam datis multa monstra et prodigia
sicut refert Josephus evenerunt. Nam stella
ad / praefulgens per omnia simillima est civita-
ti desuper imminere ac per totum annum cri-
nalibus flammis ardere. In quodam festo
azimorum hora noctis nona tantus

fulgor altare templumque circumdedit ut omnes
diem clarissimum factum putarent. In eadem
festivitate vitula ad immolandum addu-
cta inter ministrorum manus agnum subito
est enixa. Post aliquos dies circa solis occasu-
visi sunt currus et quadrigae in omni regione
per aera ferri et armatorum cohortes mis-
ceri nubibus et urbes circumdare agmini-
bus improvisis. In alio die festo quod pente-
costen appellatur noctu sacerdotes
in templum ingressi ad ministeria ex more com-
plenda motus quosdam strepitusque senserunt
ac voces subitas audierunt dicentes:
Transeamus ab hiis sedibus. Ante quartum
etiam annum belli quidam vir nomine Jhesus
Ananiae filius in festo tabernaculorum repen-
te clamare cepit: Vox ab oriente, vox
a quatuor ventis, vox super Jerosoli-
mam et super templum, vox super sponsos
et sponsas, vox super populum universum.
Pces vir capitur caeditur verberatur. Sed
ille aliud dicere nequiens quanto plus verberatur tan-
to eadem fortius clamitabat. Ad iudicem
igitur adducitur tormentis diris afficitur
usque ad patefactionem ossium laniatur.
Sed ille nec preces nec lacrimas effundebat
sed cum quodam ululatu per singula paene
verba eadem proferebat addens etiam haec:
Vae vae Jerosolimis. Haec Josephus. Cum autem
Iudaei nec admonitionibus converterentur nec
tantis prodigiis terrerentur post xl annos dominus
Vespasianum et Titum Jherusalem adduxit
qui ipsam civitatem funditus destruxerunt.
Haec autem fuit causa adventus eorum in Jerusalem
sicut in quadam historia invenitur licet apocrypha.
Videns Pylatus quod Jhesum innocentem
dampnaverat timens offensam Tybe-
rii Caesaris pro se excusando nuntium
nomine Albanum ad Caesarem destinavit.
Eo autem tempore Vespasianus monar-

censum in galatia a tyberio cesare tenebat. Nuncii igitur pylati a uentis contrariis in galatiam pelluntur et ad uespasianum adducuntur. Talis siquidem erat ubique consuetudo ut quicumque ibidem naufragium pateretur rebus et seruitute principi subderetur. Quos uespasianus quis esset et unde uenirent seu quo tenderent requisiuit. Cui ille: De ierosolimitanis partibus ut uenimus. Romam usque tendebamus. Vere terra sapientum uenistis. artem nostis medicinalem. medici estis. curare me debetis. Vespasianus enim ex quodam genere uermium in naribus in sui abundantia gerebat unde et a uespis uespasianus dicebatur. Cui ille respondit. Artem medicinalem nescio uel scientiam et ideo te curare non ualeo. Cui uespasianus: Nisi me curaueris morte morieris. Cui ait ille: Qui cecos illuminauit demones effugauit mortuos suscitauit ille nouit quod medendi artem ignoro. Quis est quem tantum predicas. Et ille: Ihesus nazarenus quem iudei per inuidiam occiderunt. In quem si credideris sanitatis gratiam consequeris. Et uespasianus: Credo quod qui mortuos suscitauit me et de hac infirmitate liberare poterit. Et hec dicendo uespe de eius naribus ceciderunt et continuo sanitatem recepit. Tunc uespasianus ingenti gaudio repletus ait. Certus sum quod filius dei fuit qui me curare potuit. Petita igitur a cesare licentia ierosolimam cum manu armata pergam et omnes proditores sui et occisores funditus euertam. Dixitque albano nuncio pylati: Rebus et uita saluus et incolumis domum tuam mea licentia redeatis. Vespasianus igitur romam adiit et destruendi iudeam et ierusalem a tyberio licentiam impetrauit. Pluribus igitur annis exercitum congregauit. tempore uero neronis imperatoris cum iudei imperio rebellassent. Unde secundum cronicas non fecit hoc zelo christi sed quod ab imperio recessissent romanorum. Ierusalem igitur cum copioso exercitu uespasianus aduenit et in die pasche parantium ierusalem potenter obsedit. In qua infinitam multitudinem que ad diem festum uenerat conclusit. Aliquot autem tempore antequam uespasianus ierusalem aduenisset fideles qui ibi erant a spiritu sancto admoniti ut inde recederent et in quoddam oppidum transiordanem quod pella uocatur secederent. ut ablatis ab urbe sanctis uiris celestis iudicium fieret locum de urbe sacrilega et de populo scelesto. Quandam autem ciuitatem iudee iotapatam in qua iosephus princeps et dux erat primo omnium est aggressus. Sed ioseph cum suis uiriliter resistebat. Tandem uidens ioseph imminere excidium ciuitatis. assumptis .xi. iudeis subterraneam domum intrauit. Ubi quatriduana fame afflicti. iudei non consentiente ioseph malebant ibidem mori quam uespasiani se subicere seruituti. Volebantque se mutuo iugulare et sanguinem suum in sacrificium deo offerre. Et quoniam ioseph inter eos erat dignior uolebant eum primitus occidere ut eius effusione sanguinis deus citius placaretur. Vel ut in cronica dicitur ideo mutuo se interficere uolebant ne dederentur in manibus romanorum. At ioseph uir prudens et mori nolens iudicem mortis et sacrificii se constituit. Et quis prior alio occidendus esset inter binos et binos sortem mitti iussit. Missis itaque sortibus sors nunc unum nunc alium morti tradidit. Donec uentum est ad ultimum cum quo ioseph sortem missurus erat. Tunc ioseph homo strenuus et agilis gladium ab illo abstulit et quid magis eligeret uitam scilicet et mortem requisiuit ut et sine dilatione eligeret precepit. Et ille timens ait. Viuere non recuso si gratia tua uitam conseruare ualeo. Tunc iosephus uni fa

ciuitati latenti locatus est et ut sibi uitam
donaret peciit et quod peciit impetrauit.
Cum autem Josephus cum uespasiano esset ad
ductus dixit ei uespasianus. Mortem me-
ruisses si hiis precatoribus liberatus non esses.
Et Josephus. Si quid perperam actum est in melius
commutari potest. Et uespasianus. Qui uictus est
quid facere potest. Et Josephus. Aliquid facere
possem si dictis meis aures tuas commul-
lo. Et uespasianus. Et concedatur ut
ūb inferas et quicquid boni dixeris
pacifice audiatur. Et Josephus. Impera-
tor romanus obiit et senatus imperato-
rem te fecit. Si propheta es quare non uaticinatus
hinc ciuitati quod mee subicienda sit di-
tioni. Et Josephus. Per xl. dies hoc eis pre-
dixi. Interea legati romanorum ueni-
unt uespasianum in imperium sublimatum asse-
runt eumque rome deducunt. Hoc quoque eu-
sebius in cronica testatur quod scilicet Josephus
uespasiano predixerit tam de imperatoris
morte quam de sua sublimatione. Re-
linquit autem uespasianus tytum filium suum in
obsidione ierusalem ....
Tytus autem ut in eadem legitur audiens patrem
suum sublimatum tanto gaudio et exulta-
tione repletus est quod neruorum contractione ex
frigiditate corruptus est et altero crure de-
bilitatus paralisi teneretur. Josephus autem
audiens tytum infirmitate laborare cau-
sam morbi et morbum et tempus morbi diligen-
ter inquirit. Causa uerificatur morbus igno-
ratur. De tempore autem quando audita patris
electione hoc accidit aperitur. Josephus autem
uir prouidus et sapiens ex paucis multa
coniecit et ex tempore morbum et causam inue-
nit sciens quod gaudio et leticia superha-
bundanti debilitatus fuit. Animaduertens
itaque quod contraria contrariis curantur
sciens etiam quod amore acquiritur dolore
sequentem amicitie querere cepit an aliquis
esset qui principis inimicus obnoxius
teneretur. Et erat sibi seruus adeo tyto
molestus ut sine uehementi conturbatio-
ne nullatenus in eum posset respicere nec nomen
eius audire. Dixit itaque tyto. Si curari desi-
deras omnes qui meo comitatu uenerint
saluos efficias. Cui tytus. Quicumque in
tuo comitatu aduenerit securus habebitur
et saluus. Tunc Josephus tyto prandium
non fieri precepit et mensam suam ante tyti
oppositam locauit et seruum suum ad dexteram se-
dere fecit. Quem tytus respiciens mo-
lestia conturbatus infremuit. Et qui prius
gaudio infrigidatus fuerat accensione
furoris incaluit neruosque distendens
curatus fuit. Post hec tytus seruum illum in gratiam
et Josephum in amicitiam recepit. Utrum
autem hec apocrifa hystoria recitanda sit lec-
toris arbitrio relinquatur. Biennio a
tyto quoque ierusalem obsessa fuit. Inter cetera mala
que obsessos grauiter perurgebant tanta
fames omnes tenuit quod parentes filiis et
filii parentibus, uiri uxoribus et uxo-
res uiris cibos non tantum e manibus sed etiam ex
ipsis dentibus rapiebant. Iuuenes in
etate fortiores uelud simulachra per ui-
as oberrando pre fame exanimes ca-
debant. Qui mortuos sepeliebant
sepe super ipsos mortuos mortui ca-
debant. Sed deficiente sumptu et uin-
cente multitudine cadauerum de muro
cadauera precipitabant. Quod tytus cir-
cuiens cum uidisset ualles cadaueribus re-
pletas et totam patriam ex eorum feto-
re corruptam manus suas cum lacri-
mis ad celum leuauit dicens. Deus
tu uides quod hoc non facio. Tanta namque ibi
fames erat quod calciamenta sua et cor-
rigias comedebant. Matrona in

sup quedā genere ⁊ diuitiis nobilis
sicut legitur in hystoria ecclesiastica cū p̄
dones eius domū irruissent ⁊ eā omnibus
expoliassent nec iam q̄d comederet re
mansisset paruulū lactantē tenens in
manibus ait Infelicis matris īfeli
cior fili ī bello ī fame ī depredatione
cui te seruabo. Veni ergo nunc o
nate. Esto matri cibus. p̄donibus fu
ror seculis fabula. ⁊ hiis dictis filiū
iugulauit ⁊ coxit ⁊ dimidiā come
dens p̄tem alteram occultauit. Et ecce
confestim p̄dones odorē carnis cocte
sentientes in domū irruunt ⁊ nisi
carnē p̄ferat mortē minant. Tunc
illa detegens infantis membra. Ec
ce inq̄t uobis p̄tem optimā reser
uaui. atq; illos tantus horror in
uasit q̄d nec loqui poterāt. ⁊ illa
Meus ē inquit hic filius meū est
peccatū. Securi edite. quia ego prior co
medi q̄m genui. Nolite fieri aut
matre religiosiores. aut feminis
molliores. Qd si uincit uos pietas
⁊ horretis ego totū comedā. que di
midiū comedi. Illi uero trementes
⁊ territi discesserunt. Tandem scd'o an
no Vespasiani imperii Tytus ierl'm
cepit ⁊ captam subuertit. templū
q; funditus destruxit. ⁊ sicut iudei
xp̄m .xxx. den̄. emerant. sic ⁊ ipse
uno denario .xxx. iudeos uendidit.
Sicut autē narrat iosephus. nonagin
ta .vi. milia iudeorū uendita sunt ⁊
undecies centena milia. fame ⁊
gladio perierunt. Legitur quoq; q̄d
tytus intrans ierl'm quendam mu
rum densissimū uidit ipm̄ q; p fo
rari fecit. factoq; foramine quendā
intus sedentem aspectu canicie

uenerabilem inuenerunt. Qui requi
situs quis esset. Respondit se esse Ioseph
ab arimathia ciuitate iudee a iudeis
ibidem inclusum ⁊ muratū fuisse
eo quod xp̄m sepeliuisset. Addiditq; q̄
ab illo tempore usq; nunc celesti ci
bo pastus ⁊ diuino lumine confor
tatus. In ewangelio tamen nychode
mi dicitur quod cum iudei ipsum re
clusissent xp̄c resurgens inde eum
eripuit ⁊ in arimathiam duxit. Pot̄
dici. quia cum eductus a p̄dicatione
n̄ cessaret a iudeis iterum ē inclusus.
Mortuo q; Vespasiano imperatore Ty
tus filius eius eidem in imperio suc
cessit. qui fuit uir clementissimus ⁊
multe liberalitatis. tanteq; boni
tatis fuit. ut Egesippus cesarien̄
in cronica ⁊ testatur. scilicet. quod dum
quodam sero recordatus fuisset q̄d
illa die nil boni egisset aut nich
dedisset. Amici hunc diem per
didi. Post longa uero tempora. quidā
iudei ierl'm reedificare uolentes. ex
euntes primo mane plurimas cru
ces de rore inuenerunt. Quas terri
ti fugientes ⁊ scd'o mane redeun
tes. Vnusquisq; ut ait miletus in
cronica cruces sanguineas uestib;
suis insitas inuenit. Qui uehemen
ter territi in fugam iterum uersi.
sed tertio reuersi uapore ignis de
terra exeuntis penitus sunt consū.
Explicit.

In inventione sancte Crucis.

Inventio s. crucis dicitur quia tali die sancta crux inventa fuisse refertur. Nam et antea fuit inventa a Seth in terrestri paradyso sicut infra narratur, a Salomone in lybano, a regina saba in salomonis templo, a iudeis in aqua piscine, hodie ab helena in monte calvarie. Inventio autem sancte crucis post annos CC. a resurrectione domini facta est. Legitur enim in evangelio nychodemi quod cum adam infirmaretur seth filius eius portas paradysi terrestris adiit et oleum misericordie quo patris corpus perungeret et sanitatem reciperet postulavit. Cui apparens mychahel angelus ait: Noli laborare nec flere pro oleo ligni misericordie obtinendo quia nullatenus illud assequi poteris nisi quando completi fuerint v. milia d. anni. Licet ab adam usque ad passionem christi anni tantum v. milia CC. xxxiii. fluxisse credantur. Legitur etiam alibi quod angelus ei ramusculum quendam obtulit et iussit ut in monte lybani plantaretur. In quadam vero hystoria grecorum licet apocrypha legitur quod angelus de ligno in quo peccavit adam eidem tradidit dicens quod quando fructum faceret sanaretur. Qui rediens et patrem mortuum inveniens ipsum ramum super tumulum patris plantavit qui plantatus in arborem magnam crevit et usque ad salomonis tempora perduravit. Utrum autem hec vera sint lectoris arbitrio relinquatur cum in nulla cronica nec hystoria autentica ista legantur. Salomon autem arborem tam pulchram considerans ipsam precepit incidi et in domo saltus locari. Nusquam tamen ut ait iohannes beleth locari poterat nec alicubi loco apta reperiri valebat sed aut nimium excedebat longitudine aut deficiebat nimia brevitate. Sed quando vero pro loci exigentia ipsum competenter decurtassent adeo brevis videbatur quod omnino in nichilo haberetur. Ob hoc indignati artifices ipsum reprobaverunt et super quendam lacum ut esset pons transeuntibus proiecerunt. Regina autem saba cum venisset audire sapientiam salomonis et predictum lacum transire vellet vidit in spiritu quod salvator mundi in ligno illo suspendendus fuerat et ideo super illud lignum transire noluit sed ipsum protinus adoravit. In hystoria scolastica legitur quod predictum lignum regina saba in domo saltus vidit. Cumque ad domum suam rediisset intimavit Salomoni quod in illo ligno quidam suspendendus fuerat per cuius mortem regnum iudeorum deleri debebat. Salomon igitur predictum lignum inde sustulit et in profundissimis terre visceribus illud demergi fecit. Postea vero probatica piscina ibi facta est ubi nathinei hostias abluebant et non solum ex descensu angeli sed etiam ex virtute ipsius ligni ibidem dicitur et aqua motione et infirmorum curatione. Appropinquante autem passione christi predictum lignum super enatasse perhibetur. Cum autem illud iudei vidissent ipsum acceperunt et crucem domino paraverunt. Ipsa autem crux iiii generum lignorum fuisse perhibetur scilicet palme, cypressi, olive et cedri. Unde versus: Ligna crucis palma cedrus cypressus oliva. Nam in cruce fuit hec quadruplex differentia lignorum scilicet lignum erectum, lignum transversum, tabula superposita et truncus cui crux erat infixa. Vel secundum gregorium turonensem tabula transversa que fuit sub pedibus christi. Unde quodlibet horum potuit esse aliquod predictorum. Hanc differentiam lignorum videtur apostolus innuere cum dicit: Ut possitis comprehendere cum omnibus sanctis que sit latitudo, altitudo, sublimitas et profundum. Que verba augustinus egregius doctor sic exponit, id est crux christi in qua erat latitudo scilicet transversum lignum quo extenduntur manus. Longitudo autem usque ad ipsam latitudinem in qua manibus infra totum corpus affigitur. Altitudo a latitudine usque ad sursum cui adheret caput. Profundum vero quod terre infixum absconditur. Istud lignum preciosissimum crucis per annos CC. et ultra sub terra latuit et ab helena matre constantini imperatoris